(Iucundianis), Tontia *et* consulpicatrices *codex Iucundi Veronensis*, Touscia *et* consupplicatrices *Fea.*

Alios titulos Coranos dedi N. 3386. 3487. 3488. 3708. 3819. 5396. 5772. 6131.

6274 aedem Ro[*mae et*] | Augu[*sti*] | ordo Ulu[*b*]ra[*nus*[1] *decr.*] | suo ex pecun[*ia publ.*] | vetustate d[*ilapsam*] | a fundamenti[*s restituit*], | C. Serio Augurin[*o*] | C. Trebio Sergian[*o cos.*][2]

Prope Cisternam in paludibus Pomptinis rep., est Velitris (X 6485 vidi). — 1) *Ulubrae oppidum memoratum potissimum propter solitudinem et statum exilem (C. I. L. X p. 642).* — 2) *A. p. Chr. 132.*

6275 d. m. | M. Petroni M. f. | Col. Montani | veteran. | ex praetor.[1] | Aug., | decur., IIvir. | Ulubr., | quaestori | r. p.

Inter Coram et Sermonetam, est Cisternae (X 6489 vidit Mommsen). — 1) *Veterani ex praetorio.*

6276 C. Oppius | Sp. f. Col. | Rufus pagi | magister, idem | praefectus Ulubris | iure dicundo. | [*Si qui*] malus est, male pereat | . . . . . . vi vera pra . . . t . .

Sermonetae (X 6490 vidit Mommsen). — *Adde titulum supra N. 3367.*

6277 . . . . |avunculo . . . . | patrono, curatori colo|niae Privernatium, | Nepesinorum, Ametino|rum et Truentinatium, | ordo decurionum | et populus coloniae Pri|vernatium ob eximiam | diligentiam et abstinen|tiam eius. | *Εὐσεβῖ.*

Priverni rep. a. 1795 (X 6440 bis vel ter descripta). — 1) *Signum eius cui titulus positus est (inter* EYC *et* ЄBI *est* O *cum* M *intus posita).*

Alios titulos Privernates dedi supra N. 1250. 2129.

6278 Caelia C. f. Ma[*c*]rin[*a*] ex [*test*]ament[*o HS*] C[*CC*][1] fieri iussit. In cuius ornatum | et tu[*te*]lam HS . . reliq[*u*]id. Eadem in memoria[*m*] Macri fili sui Tarricinénsibus | HS |X|[2] r[*eli*]quid, ut ex reditu eius pecuniae[3] darentur cen[*t*]um pueris[4] alimentor[*u*]m nomine sing. | mensib[*us si*]ng. pueris colonis X V, puellis colonis s[*i*]ng. in mens. sing. X IIII[5], pueris usq. ad annos XVI, puellis | [*usq. ad*] annos XIIII, ita ut semper C pueri C puellae per successiones accipiant.

Terracinae (X 6328 vidit Mommsen). — 1) *Sic videtur supplendum esse (sestertium trecentis milibus). Cuius generis opus significetur, non apparet.* — 2) *Sestertium decies (centum millium nummum).* — 3) *Cf. not. 5.* — 4) *Una cum centum pueris etiam centum puellas memorari debuisse ex sequentibus apparet.* — 5) *Usurae annuae pecuniae a Caelia Macrina relictae, si quincunces fuerunt, efficere debebant sestert. 50000 sive denarios 12500, aliquanto plus quam alimenta ab eadem Macrina centum pueris centumque puellis destinata. Mommsenus coniecit usuras fuisse non quincunces sed trientes cum parte tertia (4¹/₃). Cf. Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 224. Similis donatio infra N. 6818. Cf. etiam N. 977. 2927.*

Alios titulos Tarracinenses habes supra N. 282. 827. 879. 1035. 1734. 2815. 4037. 4367. 5051, alium infra inter sepulcrales.

---

archive.org